

LANX SATURA,
SERII ET LUDICRI ARGUMENTI,
EPITHALAMIORUM
IN NUPTIAS

ALBERTO-RICHTERIAS,

X. CAL. IXBREIS A. C. cIs Ic LI.

VRATISLAV. SOLEMNI RITU
CELEBRANDAS,

SYMBOLÆ LOCO

A PATRONIS, FAUTORIBUS
ET AMICIS
COLLATORUM,

CONGESTA ET DIGESTA.



VRATISLAVIAE,

Typis Baumannianis exscripsit
Gottfridus Gründer.

UNum & Idem voluisse Duos, non infima belli
Sæpe quodd extiterit causa caputq; mali,
Notum etiam est vulgo, sed & unum vestra
Cupido

Quod spirat, non est res metienda male.
Ergo ut felle torus careat, sit *Velle Marite*.

Hocce tuum, sit idem *Velle, Virago, tuum.*
Quod reliquum est, addat Vobis, qui jungit amantes,
Omnimoda ut vigeat prosperitate torus!

*Honestissimo Sponsorum Par ex intima
animi sententia vovebat*

CHRISTOPHORUS Freywald
Lib. Baron. Milicens. Cancell.
& Consiliarius.

Logographus

in

Cognomen Sponsi.

Alberti nomen varium & mutabile, priscus
Non in tot formas Proteus se transtulit olim,
Si quis adhuc dubitas, disjunge fateberis verum.
Lævam sume manum primo, dextro pede juncto
Adde caput; prodit primo fax prima malorum.
Fæmina, quæ matrem nescit prognata marito.
Collo junge caput, pectusq; manumq; sinistram,
Adde pedem lævum, prodibunt gumenia quondam

Culta

Culta foco, lecto nunquam contempta jugali.
Lævum junge pedem capiti, dextrum addito collo,
Rex aderit proprio qui sese sustulit ense.
Ambas sume manus, collo ambos junge pedesq;
Numen adeſt, quod luce carens, construxit ad usum.
Non licet, maledicta manus, mox tempore primo.
Lævum sume pedem, rursus capiti addito collum,
Quod venit inde, cibis gratos dat in ore sapores.
Collo junge pedem dextrum, ventrem addito, pectus
Nectatur capiti, exsurget tibi bestia nota.
Piscinis infesta nimis, sed pelle probata.
Pectus pone loco primo, dextro pede juncto,
Ambas adde manus, ventremq; caputq; videbis
Insectum, quo non aderit lethalius ullum.
Pectus pes dexter tangat, venterq; sequatur,
Ventri junge caput, nascetur nobilis herba.
Hoc contra insectum, qua non est certior ulla.
Ventri si addideris caput, huic dextramq; sinistramq;
Atq; pedem lævum, morbus progignitur atrox,
Quem Deus avertat procul, ad Garamantas & Indos
Ventri junge pedem dextrum, sit dextera dextra
Juncta pedi, dextre caput annexatur; habebis
Latum instrumentum, Martemq; accendere promptum.
Dextrum sume pedem, duo brachia, pectus, & ipsum
Junge caput, veniet pars quam suavisima Sponsæ
Grata & Sponsæ tibi. Nunc tandem sume sinistrum
Dextrum deinde pedem, pectusq; caputq; peritè
Jungito, prodibit sponsæ pars corporis illa,

A 2

Quam

*Quam, si [non dubito] continges suaviter, ultra
Plus te ducet amor dulcis. Quis cetera nescit?*

Aliud

In Cognomen Sponsæ,

*Sponsus agit causam, sed sponsa judice coram
Ipsa favet judex, & bona causa rei est.
Nec defunt testes; Sententia judicis instat
Cras sponsum absolvant acta probata rectum.*

Ita cum bono voto ludebat

DANIEL WINCLERUS D.

περσφωνος

ad

*Præstantiss. & Literatis. Dn. Sponsum
Amicum meum honorandum.*

*Quæ suboles studiis, verâ & pietate; Parentem
Exprimit, hæc duplex est Patris Effigies.
Es Patris effigies studiis, pietate, paternam
Præstabis sponsæ si Neonymphe, fidem.
At Gnatum referat qui Teq; Patremq; relinquens,
Effigies triplex sic Patris esse potes.
O faxit DEUS, ut series Tibi longa Nepotum
Succedat, referens Teq; Patremq; tuum.
Sic mæstos animi poteris lenire dolores,
Sic surget Generis clara Propago tui.*

Crescat

*Crescat & in Natis virtus animosa Parentum,
Sic erit optatus Sponse tuus thalamus.*

*Ita memor Tñs wælægnis Qilas boni
Patris bono filio gratulabun-
dus apprecoꝝ*

*M. GEORGII SEIDELIUS,
Ecclesie Neopolitanæ Vratislav.
Prepositus.*

APPENDICES Logographi
præcedanei.

I.

*A Bjice cum collo pectus; sed pectoris ædi
Insere, quæſo, caput: Talem prodire videbis
ALBERTUM, qualem se vivere, pectore toto
Non florens Sponsus modò, verùm homo quilibet optet.*

II.

*Quis, quem vidisti, Proteus erat? Accipe Lector.
Eva, Lares, & Saul, Belus, Sal, Lutra, Rubeta,
Rutaq; , Tabesq; , & Tuba, & Ubera, Sura, Beatus,*

III.

*Rediderim virtute suam, cœu FUNE, Maritam.
Traxisse Albertum, atq; ligasse tenaciter, Ipsa ut
Sponsi ANIMA magè, quam propriâ respiret in Orbe,
Nec dubitet lecti hunc vitæq; vocare SODALEM.
Dicito, si nosti, bone Lector, dicito tandem,*

A 3

Quodnam

*Quodnam illud nomen sit, quod voce exprimat unā,
FUNEM Sponsæ, ANIMAM Sponsæ, Sponsæq; So-
DALEM?*

*In nuptiis Honoratissimorum Neonymphorum,
quibus vel gargara bonorum corde precor;
cum Excellentissimi Viri Cynthius aurem
hanc vellisset. Ludere tantum habui.*

M. ELIAS MAJOR P. L. C.

*Gymnasi Vratislav. Elisabetani Re-
ctor & Professor, caterarumq; ibi-
dem Scholarum Inspector.*

*V*irgo alitis placeat, multum quæ possidet auri,
Pulchrâ fronte nitet, mellea verba facit.
Felix, cū sponsam Dominus pietatis amantem,
Donat; Nil tali suavius esse potest.
Hæc res nempe viri servat decoratq; secundas,
Hæc & in adversis dulce levamen adest.
Felix ALBERTUS NOSTER, quem munere tanto,
Tam charâ Sponsâ, gratia dia beat.
Quam genus & virtus ornant, moresq; pudici,
Candor, & ingenuâ cum pietate, fides.
Catulor ex animo, faustissima quæq; precatus;
Firmentur læto fæderajuncta toro.

Honoris & amoris E.
fudit
CHRYSOSTOMUS SCHULZ
Leorin. Sil.

ALBER-

ALBERTE, Aonidum Cura nōvensilum
Mellitum Themidos Delicium sacra;
Post tot gesta Tibi Prælia faustiter,
Contra Barbariem, & terrificas Minas
Agnoæ horrisonæ; Tela cupidinis,
Et vulnus quereris? quod Tibi fecerit
De Richteriacum stemmate prosatum
Germen, nobilium Gloria virginum.

Noli, quæso, queri: nè tua Te Themis,
Nè Te Castalides, rideat & Cypris,
Autor diva Malis dulcis, & Artifex.
Talem Terrigenum Nemo, dolet vicem.

Prome Arcana Patris: quem Podalirium
Felicem coluit PRINCIPIS OLSNICI
MONSTERBERGA DOMUS; nec Medicaminum
Fugit certa salus: seu foret extimis
Membris danda quies, seu penitis fibris.

Nil quicquam dubito, quin fuerit Malo;
Si promissæ placet, tempore perbrevi,
Lenimen placitum, talibus erutum.

Aut si fortè magis Pelias hasta sit
Felix, & placeat poscere virginem,
Quod vulnus solidet; non minus integrâ
Res, quam quæris, erit. Promet Avi sui
Clari BUCRETII Consilium catum:
Quod felix Aliis, quod sibi, quod suis
Expertus; voluit Parrhasia Manu
Signari Tabulis, docta loquentibns;

Quas

Quas nunc Ipse domi possideo meæ,
NePTIS Conjugio lætus amabili,
Ut Tu jam geminæ NEPTIS Amoribus.

Vin' hæc expediam? ne nimium gravis
A facto cruciet vulnere, Te Dolor.
Nuptæ vult recipi, nocte, dieq; COR.

Ita consultum vult optimè,
Optimo Dn. ALBERTO,
ex optimis optmorum Parentum Filiis,
Optimisq; quondam-Discipulis
dilectissimo,
nunc Adfini longè suavissimo,

M. VALENT. KLEINWECHTERUS
Gymnas. Uratislav Magdalaniæ
Rector & Professor.

Cum nuper tua MARTHA gravi langveret ab æstu,
Et faceret dubiam spesq; timorq; fidem,
Te quoq; turpabat macies comes addita morbis,
Atq; animum & corpus langvor habebat iners.
Nunc postquam tua Lux vires sanata recepit,
Ipsa simul rediit vita Salusq; tibi.
Hoc fecit gemino sub corpore Spiritus unus:
Alter in alterius virvit obitq; anima.
Nempe secuturæ sunt hæc præludia vitæ:
Cuncta, ALBERTE, fluent gaudia mixta malis.
Sitamen officium faciet, velut auguror, ipsa,
Temperet ut blandis tristia quæq; modis,
Sorte in utraq; tenorem animi servabis eundem:
Sentiet haut quiequam mensi torusq; mali.

At

At tunc plena fluet largo de fonte voluptas,
MARTHULA cum thalami pignora plura dabit.
Cui proba, quæ mutat dulcedine fellea, Consors,
Cui non degeneri prole repleta domus,
Hic vel ad invidiam felicem ducere vitam.
Noverit, & fatis sic superesse suis.
Amoris & boni omnis causa f.
MATTHIAS MACHNERUS,
Reipubl. Vratisl. ab expedie. Lat.
nec non in Judiciis Ecclesiasticis
& Orphanorum Notarius.

Dialogus

oder

Entworfene Liebes-gedanken Braut vnd Bräutigams/
von einem/ als selbten wol wollenden/aufgesetz.
vnd übersender.

Sponsus ad Sponsam
Ach/ ach mein liebster Schatz worauf ich längst gedacht/
Hat wir nun dieser Tag in Freuden zugebracht/
Die Zeit/ die edle Zeit/ des Höchsten Gut vnd Wille
Gibtnum Genügigkeit/vnd frölich seyn die Fülle!
Mein Herze freuet sich/
In dem es schauet an/
Was mich erfreuen kan/
Ich freue/ freue mich/
Dein Wesen liebstes Kind/ der schwarzen Augen Zier/
Die liebe Freundlichkeit/ die Demut so bey dir/
Und was an Tugenden/ mir da bald dort gefallen
An schönen Damen hat/ daß hast du dir vor allen
Allein geleget bey/
Als was ich seh' an dir/
Ist wunder schöne Zier/
Und macht mich Sorgen frey/

Du

Du braunes Bild / du Liecht / du Liechtern meiner Zeit /
Du Überwinderin vnd Helden in dem Streit /
Du Seele meiner Seel / du Frömitkeit der Zeiten /
Dein bin ich / nimm mich hin / zu dir in deine Seiten /
Lah mich doch über dich
Vor andern ganz allein
Aus Liebe Herrscher seyn /
Ach ja / ach Liebste sprich !
Entfall mir nicht / sprich ja / ich wil vor solche Gunst
Was ich ersinnen kan durch alle meine Kunst /
Hin wieder dir O Herz / vnd alle dein Begehrn
Nach deinem besten Wunsch in Frömitigkeit gewehren /
Lah wie bisher verspürt /
Dein Herz das meine seyn /
Bin ich doch wieder dein
Nichts anders werd gehört !

Sponsa.

Was sagest du mein Schatz / erhebst du die Zeit ?
Die mich mit dir / vnd dich mit mir / allein erfreut ?
Erhebst du mich so hoch vmb meiner Schönheit willen ?
Soll dich und Frömitigkeit / nur dein Gemüte stillen ?

So sey es nun fort hin holden groß in agliandt manntli

Du solst mein Liebster seyn / manntli manntli
Und ich verbleibe dein / manntli manntli
Also in meinem Sinn / manntli manntli

Dein Thun / mein liebster Schatz / dein Wesen / vnd Gesicht /
Die Liebe / so auf dich ich sederzeit gericht /

Dein freundliches Geschwän / dem unverfälschtes Lieben /

Hat auch der Parren Macht von mir hinweg getrieben /

Das wo der höchste will /

Ich künftig noch viel Jahr /

Mit dir wil sein ein Paar /

Dich wünsch ich oft vnd viel.

So

So nun nun hin mein Schatz / das Herz / den Mund / die Hand /
Auf unverfälschter Lieb / jetzt alle drey zu pfand . no

Hier geb ich wiederumb / dich was du mir gewehrest Sponsus
Hab ich noch was bey mir / das du mein Schatz begehrest ;

So soll auf Liebes Pflicht
Dir dich geschenket seyn /
Nur daß ich werde dein
Weil Liebe / Liebe bricht .

Sponsa.

Du zartes junges Volk / du Pracht der Nymfen Schaar
Ihr liebsten Schwestern all / vnd was ich vormals war /

Euch geb ich gute Nacht / verlasse mit Belieben /

Den Stand / den ich bisher von Jugend auff getrieben /

Ich such mein ander Herz /

In dessen Arm allein
Ich kan begnüget seyn /

Geniesen manchen Scherz .

Drumb kom doch liebster Schatz / kom eile doch zu mir
Die braune Nacht kommt an / ich fürchte mich vor jhr
Kom wache doch mein Schatz / ich wil ingleichen wachen ;

Ich bin bereit mein Kind / in allen diesen Sachen . Sponsus.

Doch wo ich schlaf ein
So stößt vnd wecke mich /

Ich wil auch stossen dich
Wirft du verschlafen seyn .

* Die Zeit die ist schon da / vnd ruffet euch zu bette /

Ihr zwey Verliebten / geht eilet fort die wette .

Ich wünsche daß im Traum euch dieses komme ein
So ich euch zu gedacht . Gott laß doch kräftig sehn .

Den wolgemeinten Wunsch .

In Eit
I. S. P. S.

Quod

Quod Thalami optatos ALBERTE virentis honores
Concelebras, meritò gratulor ipse Tibi,
Et vovo eo, ut, qui sceptra tenet celsissima Olympi,
Pectoralætitiis impleat ima novis.
Idcirco exultet nomen venerabile Amicūm,
Plaudat & ingeniti sangvinis ordo frequens;
Exhilaret Juvenis tua vulta nitentia, virgo:
Exhilaresq; simul pectora casta nurūs.
Sic vos florentes fecundā pacis olivā
Et vosmet pariles vita beata beet.

NOVIS SPONSIS ex animo

L. M. appreco

CHRISTOPHORUS freywoldt.

Sonnet.

DÄußerweltles Paar/ D niemals gnung gepriesen
Wie weislich hat in dich die Tugend eingedrückt
Ihr schönes Ebenbild/ die Schönheit vnverrückt
Ihr Kunst vnd Meisterstück gar wol an dir bewiesen:
Daher dein schöner Schmuck den Bund geblümten Wiesen
Sich gleichet durch vnd durch/ dein weich erhabnes Haar
Entfärbet rothes Gold/ in summa ganz vnd gar
Ist nichts als wunderschön an dir mir zu erkiesen/
So gar/ das wo ich seht nach meinem schlechten Sinn
Der Schönheit wegen nur zu fällen würdig bin
Ein Urtheil wird wol selbst das Sternen-Heer verbleichen
Ja wann die Fackel selbst des Himmels solt vergehn/
Durch dick gewölkte Lüfft/ vnd lauter Nacht entsiehn
So würde doch dein Glanz dem Finsterniß kaum weichen.

F R I D E R I C U S F R A N C K.